

# Beiband 2

## H.1 S. 25

[1230] Mai 13. Tournay.

[42]

Der Kardinallegat Otto beauftragt die Bischöfe von Münster, Paderborn und Osnabrück, die von ihm bestellten Visitatoren, nämlich den Abt von Bredelar, den Provinzial der Dominikanerprovinz Teutonia, Konrad von Hörtz, und dessen Ordensbruder Ernst von Osnabrück bei ihrem Visitationswerte zu unterstützen.

Venerabilibus in Christo patribus Monasteriensi, Paderburnensi et Osnaburgensi episcopis Otto miseratione divina sancti Nicholai in carcere Tullianensi dyaconus cardinalis apostolice sedis legatus salutem in Domino. Cum ex iniuncto nobis legationis officio ad statum et reformationem ecclesiarum legationis nostre intendere teneamur, quia per loca singula discurrere non possumus per nos ipsos, viros, de quorum discretione et honestate confidimus, nos interdum oportet dirigere, qui suppleant vices nostras. Unde cum dilectis in Christo abbati Bredelarensi ordinis Cysterciensis, fratribus Conrado de Huxaria, priori provinciali fratrum Predicatorum Theutonie et Ernesto Osnaburgensi eiusdem ordinis, de quorum vita et scientia plenam in Domino fiduciam optinemus, nostris dederimus districte litteris in preceptis, ut in monasteriis tam monachorum et monialium quam canonicorum regularium nec non et in conventibus ac decanatibus clericorum secularium, cum etiam vos multiplices occupati ad hec, sicut credimus, intendere non possitis, impendat visitationis officium, vice nostra corrigendo et reformando, tam in capite, quam in membris, que correctionis et reformationis officio videbunt indigere, Paternitatem vestram rogamus et exhortamur in Domino, qua fungimur vobis auctoritate precipiendo mandantes, quatinus predictis visitatoribus favorem vestrum, consilium et auxilium efficaciter impendatis, ita quod vobis sit meritorium apud Deum et status ecclesiastici ordinis comprobemini zelatores, nosque sollicitudinem vestram debeamus hoc merito commendare et negligenciam redarguere durius non cogamur.

Datum Tornaci III<sup>o</sup>. Idus Maii.

Orig. Siegel ab. Fehlerhafter Druck Schaten II ad ann. 1230. W. U.-B. IV, S. 118, Anm. zu Nr. 177 ist die irrite Meinung ausgesprochen, daß die Urk. in den Paderborner Archiven nicht erhalten geblieben sei. Vergl. Zeitschr. 38II, S. 152. — Über die Datierung s. W. U.-B. IV, S. 117, Anm. 1 zu Nr. 176.